



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa tres primos Symboli Catholici Articulos

Bosendorf, Hermann

Monasterii VWestphaliae, 1608

Thesis Nona.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35415

A P O D I X I S II.

BLASPHEMIARVM CAL-
VINISTICARVM CIRCA SE-
CVNDVM APOSTOLICI SYM-
boli articulum.

ARTICVLVS SECVNDVS.

*Et in Iesum Christum, filium eius unicum,
Dominum nostrum.*

T H E S I S N O N A.

IN IESVM. Quid filio futurum est, vbi Pater vsq;
adeo est deturpatus? Caue honoris causa ad nomen
Iesu caput aperias aut genu flectas, sicut fieri consue-
tum est ad eximiorum Principum mentionem. Nam
plusquam ridiculi Calvin. in cap. 2. ad Philip.
sunt Sorbonici Sophistæ, qui ex illo Pauli; In
nomine Iesu flectatur omne genu, &c. flecten-
dum esse genu colligant, quoties nomen Iesu
pronunciatur. Caue Iesum dictum esse putes, quod
ipse saluum facturum esset populum, prout præmonuit
caelestis paranympus Matth. 1. Nec saluauit nec per-
fectè saluare potuit mundū à peccatis. Ille enim agnus
est, non qui tollit peccatum mundi. sed tegit Ioan. 1.
non qui delet, abluat, mundat iniquitatem Psal. 50.
populi, sed inumbrat, conuelat, occultat, ne eam vide-
at iam quasi cacutiens Deus Pater; non qui consolidat
sanat redintegrat Ezech. 34. quod per serpentem de-
structum est; sed emplastro tantum obducit, ne visum

K 3 anima

animæ vlcus vulnusq; suppurans nauseam moueat.
 Hæc peruersitas inquit loquens de peccato 2. Inft.
 cap. 1. §. 8. nunquam in nobis cessat. *Et alibi lib.*
4. Inftit. cap. 15. §. 10. Iam perspicuum est quàm
 falsum sit per Baptismum solui nos & eximi
 ab originali peccato: *Ab his non abludit in antido-*
to Tridentini Concilij sess. 5. Manet verè peccatum
 in nobis, neque per Baptismum extinguitur.
Sed ignoscendum Iesu, si peccatum Caluino non sustu-
lerit, pro quo in solidum & ex asse iustum redemptio-
nis pretiū patri dependere non potuit. Fateor, enim,
 ait, 2. Inftit. cap. 17. §. 1. Si quis simpliciter &
 per se Christum opponere velit iudicio Dei,
 non fore merito locum; quia non reperitur
 in Christo homine dignitas, quæ possit De-
 um promereri, *sive quod idem est, cui ex iustitia,*
ratione passionis infinitè pretiosa, pater debeat remis-
sionem delictorum.

CAPVT I.

Caluinistas esse impios, quod negent hono-
rem nomini Iesu.

ARgumētum 1. in thesi positum est: sum-
 mum impietatis in Christum argumen-
 tum censetur, plus reuerentiæ exhibere suo-
 rum Principum Nominibus, quam suauissime
 saluificæq; Christi Dei ac Domini nostri Iesu
 nomenclaturæ. Atqui vero plus exhibent re-
 uerentiæ Calviniani suorū Principum appella-
 tio-